

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

quibus id merori esse oportebat. quod ruina propter
spem non acciderat. et aduersus eam precautum fuerat
tanquam mansura esset antonia confidebant. Ro-
manorum autem inopinata leticia ex celeri subuersio-
nata. conspectus alius murus quem intrinsecus
iohannes edificauerat. cito restinxit. Verumtamen prior
facilior impetus videbatur. Tunc enim et ascensum pro
ruinas promptiore. et antonia satis esse firmiore
murem quod quia recens erat. cito destrui posse arbi-
trabantur. Neque in eum audebat ascendere. quod quod
id temptasset. certissimum esset exitum. **Ca. ij**

*Titi ad
militum co-
hortatio*

Titus vero spe atque oratione putans alacritatem
pugnantium excitari. et adhortatione atque
promissis. sepe quidem periculis nasci obliuionem
interdum autem mortem solere contemni. congregatos
in unum fortissimos experiebat dicens. **O** fortis-
simi militum. hortari quidem ad ea que periculum
non afferunt. apte et ipsis que rogantur. et que eos rogat
ignauie reprehensionem parit. exhortatione autem opus
est. in solis rebus ambiguis. Quippe illa per se
queque agere dignum est. **A**taque difficilem vobis esse
in murem ascensum. ipse profiteor. Quod autem vel maxime
oportebat glorie cupidos pugnare difficilimis re-
bus. pulcherrimum sit cum laude mori nec erit infructuo-
sum. que pro maxima fortiter fecerint. prosequar. **P**rimum quidem
vos illud hortetur. quod nonnullos fortasse deterreat.
iudeorum patiens animus. et in aduersis dura con-
stantia. Romanos enim eosque milites. quibus in pace bella
discere. in bello autem vincere consuetum est. a iudeis
manu vel animo superari terribilissimum est. idque in fine vic-
torie. cum etiam dei nitamur auxilio. Namque offensio-
nis iudaice despectus sunt. illorum autem clades fauore
dei virtutibus crescit. Etenim sedicio. fame
obsidio. muroque sine machinis casus. quid sit
aliud quam in illos ira dei. non minus adiuuentum. Igitur
non solum deterioribus inferiores videri. sed etiam diui-
num presidium perdere nobis non conuenit. Quo pacto
autem non tempore videatur. iudeos quod quibus non magni
pudoris est vinci. que huic didicerint. que minus in
posterum paciantur mortem contemnere. atque in nos
medios frequenter excurrere. non victorie spe. sed
ostentationis gratia. vos autem totius pene terre marisque
victores. quibus etiam non vincere probo habetur. ociosos
sedentes. ne semel quidem in hostes aliquando audacter
exptos. fame. aut fortunam. cum his armis operiri.
maxime cum pro discrimine totum possitis efficere. De-
nique in antonia si ascenderimus. habebimus civitatem
Nam si pugnandum sit aduersus intus positos.
quod non arbitror. at tamen capiti ac respiracioni hostium
incidere. victoriam nobis plenissimam repromittit.

Et ego quidem premissa nunc eorum laude qui bello
cecidere. et immortalitate marcio furore prostrati
sunt. ex morbo morte pacis tempore aliter sentientibus im-
precabor. quod anima cum corpore sepulta damnetur. Quis
enim virorum fortium nescit. quod animas in acie ferro cor-
poribus absolutas purissimum clementium ether hospiti-
receptas. inter sidera collocat. manesque se bonos
ac preciosos heroas iuuando offert posteris suis.

Quas vero morbo corporis tabesque consumpserit. etiam
si maxime probris ac piaculis pergate sint. subter-
ranee tenebre operiunt. atque obliuio suscipit.
et corpori simul et vite et memorie sine circumscriptas
Quod si natura mors homini fato decreta est. ad hoc autem
omni morbo leuius ferri misterium. Cui non videatur
ignauum negare vltimum. que debito redditus sit. Et
hec quidem veluti huius nequeant. vel que conati fu-
erant persecuti sunt. Est enim salutis spes in maxime
quoque periculis. que virilem animam gerunt. Primum
enim quod decidit patet incessui. deinde totum quod edi-
ficatum est facillime dissolui potest. vosque pro hoc opus
aggredientes. alius alij pro adhortatione fiet atque
subsidio. vestraque obstinatio in breui animos hostium
fragit. ac fortasse nobis si tantummodo ceperimus.
inrueta res efficiet. Etenim ascendentes quidem non
prohibere se conabuntur. si vero clam. vel etiam per
vim aliquid egerimus semel. quamuis paucos
non sustinebunt. Ne autem profecto pudeat. nisi
eum que primus hoc incipiet. inuidendum remunera-
tionibus fecero. et que vixerit quidem similibus prefit-
beatissima vero premia sequantur occisos. **T**alia
dicente tito. cetera quidem multitudo picli magni-
tudine timuit. eorum vero unus que in cohortibus mili-
tareret sabinus quidam. genere sird. vir. et manu
simul et fortis animo apparuit. licet si quis eum ante
vidisset. quantum ex habitu corporis. ne specie quidem
militem esse credidisset. Erat enim colore nigro.
exilis habitudine. habita qua heroica. in macro-
corpore atque angustiore viribus suis habitauit.
Cum primus itaque surrexisset. dedit me tibi inquit
alacri animo cesar. et ante omnes in murem ascendo
atque opto quidem. ut vires ac voluntatem meam
sequatur fortuna tua. Quod si ceptum casus inuiderit
scito me non propter quod res aliter cesserit. sed quod
sic decreuerim pro te mori. **H**is dictis. et scu-
tum capiti leua manu pretendens. strictumque
dextera gladium. circa horam diei sextam murum
petebat. Sequebantur autem illum ex alijs qui
soli eius virtutis emuli esse cupiebant. undecim
viri. Multo autem omnes antecedebat. diuino
quodam impetu excitatus. cum de muro custodes

Sabini viri